



**Nauicula siue speculum fatuoru[m] Prestantissimi
sacraru[m] literaru[m]**

Geiler von Kaysersberg, Johannes

Argentorati, 24. Jan. 1513

101 Sufflantiu[m] (Bloß narre[n]) Nole. Malum male de alio occulte dicere:
malum male de alio audire aut credere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70346)

tege rugis et fanna tristitie: ostende tristem faciem adulantibus et mor fugabit: tristis enim facies eos fugat: sicut hilaris facies eos multiplicat. Prover. xxv. Princeps qui libenter audit verba mendacium omnes ministros habebit impios etc. Rogemus dominum.

Feria. v. post Letare. xiiij. Martij.

Stultorum infinitus est numerus. Eccles. i. Evangelium.

Quasi in prima turba stultorum est sufflatum (blasphemia) Qui mala male de alijs occulte dicunt/vel audiunt/aut credunt Sunt detractores/susurriones/et delatores/multum propinquum ad invicem: et tamen differunt. Conveniunt in materia: quia omnes mala occulte dicunt de alijs: sed in hoc differunt/quia alia intentione hoc faciunt. Quia detractor intendit denigrare famam: Susurro tollere amicitiam. Delator est qui accusat occulte: Accusator autem qui aperte: ut dicitur in vocabulario iuris. Delatores autem sunt qui invidia perducunt alios. v. q. vi. delatori. Item ego de his permixtum loquar: quia de susurronibus dictum est super turba. viij. et fortassis de detractoribus fiet turba specialis. Turba per se potissime respicit eos qui de facili credunt susurronibus: ego tamen paulo largius loquor/etiam ipsos susurrones et detractores inserendo: vnde et nomen generale eis indidi/quod omnibus illis commune est/sufflatorum. Sunt ergo duo sci duabus nolis.

Prima nota est: malum male de alijs occulte dicere. Sunt qui malum de alio dicunt occulte/sed non male: quia bona intentione dicunt: puta ad instructionem presentium et id audientium/ut caveant simile facere malum. Vel ad presentium cautelam/ne se ex ignorantia decipiant per mala aliorum societate/quos presumunt esse bonos: vel ad utilitatem absentium: ut videlicet presentes eis referant per ipsorum correctionem et emendationem. Vel ex quadam passione amabili: ut se ipsam et audientes/referens prooect ad orandum instans tuus per aliorum peccatis et eorum conversionem. Et hi fatui non sunt/ necque sub hac nota: non enim male hoc faciunt. Hoc enim potest esse non solum licitum/immo et meritorium: dummodo tamen non intendat alius finis/quam alius quod pronominatorum quattuor finium: et si non misceat alia intentione fermetata et sibi ipsi mentes: atque dum bene pudeat/ne sint falsa ea que dicunt/aut in malo ultra quam in se sunt/per referentem ampliatam: aut forsitan sinistre interpretata: aut etiam quod non plus noceat talis locutio absentibus in eorum fama/quam presentibus in eorum edificatione: quoniam per bono parvo consequendo/non est magnum malum mittendum. Sed alij sunt qui mala de alijs male loquuntur: puta ex loquacitate assuetam/ex sola curiositate et quadam libertidine loquendi de alijs. et profecto hoc etiam si pro sola deductione temporis fiat/et quasi pro solatio/ut sic tempus sine tedio transcat/vix aut nunquam excusat a peccato: et sepius transit in mortale peccatum. Am ij

Sufflantium

le em̄ verbū nō solū est octosum (de quo iuxta terribilē vitatis p̄minatōem sumus reddituri rōem) sed et cōiter p̄ciosum et multip̄ nocisuum. Glide in Bersonē si placet de vitio lingue. Porro male fit locutio mali/cum sit ex odio vel inuidia: et p̄ diminutōe fame aliene et ex animi indignatōe: et hoc sp̄ est pctm̄. et q̄ notabil̄ p̄ hoc ledit̄ fama alie: et dū loquens h̄ aduertit in sua p̄scia/aut aduertere possit et deberet: **D** est grauius pctm̄ sepissime q̄ furtū. Fit aut̄ hęc relatio multis modis: vt in Echaomis in p̄cepto. viij. aut Discipulo in de eruditōe 2c. Precipue hi q̄ in aures dñor̄ vel iudicū loquūt̄ falsa/aut v̄a ex inuidia quā h̄nt ad alios aulicos et curiales. Quibz p̄pabo ego turpes hos et nociuos fatuos: (die oren blascr) Plane folli (Einer fuer blösen) Exufflat em̄ p̄ eos diabolus serpēs sibilū suū in ignē: q̄ sepe accēdit et exurit p̄ uincias magnas ad lfam/dum dños aliq̄ ad ignē ire vel odij incēdit: Patuit de Spoletana vetula: de q̄ s̄. turba. viij. dicta susurrōnū. Esa. liij. Ecce ego creauī fabz sufflantē in igne prunas Job. xij. Nalit̄ ei? prunas ardere facit. Ignis fumosus detractio est: q̄ audiētē loquētes et cum de quo loq̄t̄ denigrat. Ipi in curia diaboli officū tenent iudicium: nō vocatos/nō p̄tumaces/honore et fama p̄uantes p̄tra oēs leges qz nō vocatus/nō p̄uictus/nō p̄fessus absens dānari nō debz: vt dicūt leges. Isti v̄o iudices in curia diaboli leges h̄nt p̄trarias: qz sp̄ p̄tra absentes et numq̄ p̄tra p̄sentes suam p̄ferūt: modū in h̄ seq̄ntes ranarum: q̄ nullo p̄sente clamant/aliq̄ v̄o supueniente silent: et serpētū qui veniētē fugiūt/tortuose incedētes: in dormiētē v̄o insiliūt: sic isti ad modū ranaz alicui detrahētes absenti/allo vel amico suo supueniēte tacent: vel si audiant̄ aut p̄cipiant̄/ad modū serpētū tortuose fugiunt dicētes: nō dixim̄ aīo detrahēdi/nec mala volūtate/sed ludētes vel dolēres et p̄patiētes sibi. Hi sunt in curia diaboli canes: libētius ad loca feda q̄ ad flores os mittūt: et canis canis nō ad os/sed ad anū os appliat et nares: sic vtiq̄ et detractores. Vere crabrones infernales/q̄ sp̄ in ter feda se ponūt. Et infernales porci: porcus in prato florido oibz floribus relictis/merde se (quā circa sepē inuenit) inuoluit. Sic illi nihil florum v̄tutū curant in hoīe/vt cū talibz os loq̄ndo occuparent: sed si qd vitij repererint/ore tractāt. Canis deinde leuat tibiā ad loca altiora et viridiora/illa deturpare volēs: nec loci parcit scititati. Et illi detractores virētes v̄tutibz et in alto statu p̄stitutos defedāt: nec in scitis ac sacris ordinibz p̄stitutis parcūt. Canes potissime p̄tra eos q̄ baculos portāt latrare solēt. Et detractores p̄tra eos q̄ v̄gas seu baculos portāt. correctōis: quos etiā abigere a p̄dictis locis nitunt̄. Detrahisti vni uerse correctōi. Prou. i. Debent hęc merito cohibere maliloquos cessare/ne hęc turpia faciant in curia diaboli officia.

Secūda nola est: malū male de alio audire aut credere. Reperiunt̄ qdā q̄ admodū faciles sūt ad audiēdū detractores. Alij faciles ad cre

dendum delatoribus et susurronibus: quod gradus est fatuitas: cum detrahens et
 audies parca a Bernardo reputent. Et maxima nocumeta ex facili
 credulitate emergat. Perijt Eva, quia statim credidit serpenti. Perijt Adā
 et nos in eo, quia credidit uxori. Fecit hec credulitas nimia b. Joāni Dap
 masceno amputari manū: ut dicitur in legēda sua: et v. q. vi. delatori copu
 let lingua et alia innumera sicut predictū ē. Et quod igitur faciā in quibus cum au
 dire optet vel contingit: Habero te tūc ad eos sicut Moyses ad magos: P
 et hoga Aaron ad hogas magorum. Legit quod Moyses magis resistebat: et
 tu detractoribus resistere: eorumque piculum unde. Virga Aaron deuorauit
 hogas magorum: sic lingua auditorum lingua detractorum repmat et ppeccat.
 Sunt plane magi detractores: quia quod he serpentes non sunt serpentes appa
 rere faciunt: sic detractores detractōibus suis faciunt viros bonos
 serpēinos apparere et malos. Vis audire incantatorum: et Moysen et
 Aaron contra tales insurgentes. Quidā magnus de familia Henrici regis
 Anglorum nitēbat cum auertere ab affectōe quā habuit ad quēsdā religio
 sos: et eidē fecit quod quōsdā ex ipis apostatassit: et cum femina abijisset. Res
 spōdit idē rex h esse signū non male religionis: sed bonitatis: quia h sibi in re
 ligione tali non pmittebat: si enim sibi h pmissum fuisset: nequaquam exiisset.
 Būdicet quod ordo talis: quod non sinit malos inter eos diu latere: sed vel fugit
 unt vel corrigunt. Ecce magi: ecce Moysen et Aaron et. Talis fuit
 Alexander ille non magnus: sed alius: de quo j. Macha. x. quod Jonathā sibi delat
 rū non abnuitt: neque delatoribus credidit. Idē et Alexander ille magnus (si non
 erro) non credidit delatoribus sui medici: quod ei venenū ppinare veller: si quod
 dem medicinā sibi ab eodē ppinatā imbibit: et post eporatōem lras me
 dico ad legēdū obtulit. Sic non credere iubet lex: publice inquit interest R
 honestatis absentis in oibus defendi. ff. de procuratoribus. l. seruum. §. pu
 blice. Et quod igitur faciā: Hoc quod mēbra sibi huiusmodi facere solēt. Solz ma
 nus ab alio mēbro et mēsa et disco muscā fugare: sic tu quoque muscā
 inferni. i. detractorē: quod sicut musca se quirit scabiosa et infirma: fugare de
 bes a mēsa et a societate tua. Exēplo Augu. Quisquis amat dictis abs
 sentū rodere vitā: Hanc mēsam indignā nouerit esse sibi et. Ex sum.
 pdican, detractio, xxiiij. xv. Rogemus dñm.

Seria. vi. post Letare. xv. Partij:

Stultorum infinitus est numerus. Eccs. j. Euangelium:

Centesima secūda turba stultorum est: fraudulentiū siue falsorum
 (falsch oder beschib/berrieg narre) Tot nola est modi decies
 pcedi: et quos oēs numeraret cum sint absque numero: euāgelium
 fuit plixū et ad foras festinatis. Septē g duraxat collegi: quibus
 pnt falsarij illi et deceptores dinosci. Als latissime de his dixi.

Prima nola est: fallere in mercatia (gewerb) Et quis mercatorum est

Mm ij